



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 112. Rex in castro Plessiaci sponte inclusus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

Equitibus abstractum apud se captum detinerent. Attamen Ludovicus hosce Legatos audire adeo dedignabatur, ut eos quantocius Massiliam reverti juberet, indignum Christianissimo Rege esse denuntians, cum jurato Christiani nominis hoste amicitiam habere. Præterea Commi-næus testatur, sacram etiam ampullam, quæ hucusque nunquam transferri consueverat, Plessiacum prope Turones Rhemis ad Regem delatam fuisse.

Sæcul. XV.
A. C. 1483.

§. CXII.

Rex in castro Plessiaci sponte inclusus.

Insuper Castrum Plessiaci ferreis cancellis, clatrisque densissimis circumcingi, & moenia portamque sudibus ex ferro, ac frequenti aculeo horridis sepiri jussit, quadraginta etiam ballistarii ad fossas noctu excubias agere compellebantur: De die vero quadringenti satellites alterno ordine castrum circumibant, non nisi paucissimis aditum concedentes. Ipse vero Ludovicus ex suis domesticis duntaxat illos, quos minoris habebat, alloquii gratia dignabatur, eis tamen severe prohibebat, ne de aliis negotiis, quam quæ auctoritatis suæ, regni que conservationem respicerent, sermones miscerent; in hos quoque summe liberalis erat, præcipue vero in Medicum nomine Joannem Co-

Com. l. 6.
c. 7. & 12.
Mezer. Syn.
chron. tom. 3.
Vit. Lud.
XI.

Sæcul. XV.

A.C. 1483.

sterium prodigus, cui singulis mensibus plusquam decem millia nummum donabat. Testatur Mezeratus, hunc Medicum tantam sibi in Regem arrogasse auctoritatem, ut eum, perinde ac si famulum ejus esset, asperioribus verbis objurgare non dubitaverit, illumque suo arbitrio que nutui in omnibus ancillari compulerit; Scio equidem, exprobrabat Regi *me aliquando ex aula tua quemadmodum complerisque domesticis tuis fecisti, expulsus sum, sed tu haud in octavum diem me ejecto superstes eris.* Hæc jurans tanta enuntiabat arrogantia, ut Rex perterritus eidem nihil denegare amplius auderet, sed omnem illius petulantiam, ac proterviam æquo animo toleraret, quamvis aliquando submissionis sibi debitæ tenacissimus esset.

§. CXIII.

S. Franciscus de Paula jussu Regis in aulam accitus.

Cum Rex viros pietatis opinione celebres summopere coleret, eorum precibus vitæ suæ prorogationem obtinere confidebat; hinc, cum cujusdam sancti Eremicolæ in Calabria, qui Franciscus de Paula vocatus, Ordinis FF. Minimorum Fundator erat, sanctitatis ac miraculorum fama ex Italiæ finibus usque ad ipsum Franciæ Regnum penetrasset, Ludovicus percipit